



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignatius Sive De Vita Et  
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

**Bidermann, Jakob**

**Antuerpiae, 1635**

Studium visendi loca sacra. Cap. V.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5**

liberius vindicabat, quām ut vecto-  
rum aures paterentur. Eò consti-  
tuerunt nautæ illum aliqui in in-  
fusâ vspiam desertâ exponere, &  
clanculò incautū relinquere. Nec  
longè iam à scelere meditato ab-  
erant, cùm subita se procella in na-  
uim intulit, magnoq̄ue illam im-  
petu in altum reiecit. Ita ventis  
pro IGNATIO dimicantibus, por-  
tum nefarij censilij tenere ne-  
quierunt.

IGNATII studium in sacrâ Vrbe  
visendâ. CAP. V.

38. PER eos dies s̄apē CHRIS-  
TUS illi conspicuus adfuit,  
& mirificâ voluptate captum, de-  
nique ad pridie Kalendas Septem-  
bres in portum, & quinto pōst die  
in Vrbem sacram induxit, cùm  
Venetijs pridie Idus Iulias disces-  
sisset.

39. Hic suprà quām credi fa-  
cile possit, magnis lātitijs inundari  
IGNATIVS cœpit, cùm cominus  
primæ religionis rudra adspiceret,

C 4 Vrbem

40 S. IGNATII VITA.

Vrbem veteribus ruinis inclytam,  
ac tot prodigiorum feracem. Ibi  
quoad morari licuit , assiduis gau-  
dijs affluebat : & noua semper vo-  
luptas erat, loca alia ex alijs obire,  
eaque præsertim vestigia religiosè  
venerari, quibus olim impressis, hu-  
mum hanc CHRISTVS nobili-  
tarat.

40. Nec verò consilium illi fuit,  
inde aliquando excedere; sed om-  
nem ibi de cetero vitā , cùm hisce  
studijs , tum traducendis ad Chri-  
stum barbaris , addicere : quam-  
quam , ne quas indidem gloriolas  
captaret , istud velle tum quidem  
dissimulabat . Re tamen alterā ,  
cum Præside loci (is erat Fran-  
ciscanis Patribus Præfектus) matu-  
rè deliberatā , & multis vndique  
difficultatibus compertis , necesse  
habuit in Hispanias redire ; tum  
rebus aliorum euadentibus , cum  
vitæ modum sequi, quem Deo vi-  
deretur.

41. Igitur postea quàm dili-  
genter omnia pieque perlustrarat,  
datur

datur ex more signum profectio-  
ni : cùm aduena nouis iterùm cu-  
piditatibus exarsit , ad olearum  
montem reuisere , & sacrorum pe-  
dum vestigia, quæ in lapide C H R I-  
S T V S ibi destituerat , rursus con-  
templari. Quare solus repente, ne-  
mine conscio, & quod periculi for-  
midinisque plenum erat, cum nul-  
lis Turcarum præfidijs , códem  
postliminiò euadit ; impensè ser-  
uaturus, in quam terræ plagam im-  
pressi pedis indicia spectarent : cu-  
stodijs, quòd alia nimirum defie-  
bant, cultello forficulaque in mer-  
cedem relictâ.

24. Interim aduertitur, ex ad-  
uenis vnum I G N A T I V M deside-  
rari. Tum verò Patres de eo solli-  
citi, metuere ; & idcircò nuntium,  
qui quām primūm reduceret, sub-  
mittere. Sed & alter, è Schismate  
quidam, eius familiæ quæ à cingu-  
lo indigetatur, impendio acerbior,  
acriter hominem turbideque acci-  
piebat. Nihilo tamen ille pertur-  
bator, in C H R I S T V M idemtidem

C 5 intue-

## 42 S. IGNATII VITA.

intuebatur, quem antea ambulonem ad usque cœnobij fores fecutus, non modicas voluptates hauriebat.

43. Iam hiemare cælum inciperat, & niuibus glacieque omnia circum infesta esse, cum tanto maris interuallo Italia repeteretur. Neque vlla tamen illum præsidia in hiemem muniere, nisi quod crassioris telæ femoralia, ac de simili centone thorax amiciebant: & hic quidem secundum humeros lacer; cui, decurtatae tuniculæ lacernam tenuem, ac senio vietam, superinijceret. Calceatus item, cetera crura relinquebat prorsus detecta.

## IGNATII reditus in Hispanias.

## C A P . V I .

44. **H**oc ornatū präparatus in Cyprum deuehitur. In Cyprio portu tres naues reperit, inde propediem solutas, Turcorum alteram, alteram Venetorum, armamentis omnibus apprimè instructam: in quarum quidem neutram